

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus s  
cum uariis

Qui peccat de sanctis exit. Non enim in locis sancta querenda sunt sed in actibus et uite moribus que si secundum Deum sint et secundum preceptum Dei habeantur, eciam si in domo sis, eciam si in foro (et quid dico in foro?), eciam si in theatro inueniaris uerbo Dei deseruiens, in sanctis te esse non dubites.

Origenes omelia XLII. super illud Leuitici: De sanctis non exibit.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

sint] sunt B; si in] sine M; exhibit] et cetera *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>